

Nativité de Notre-Seigneur

Mercredi 25 décembre 2024

○ 1ère classe

Messe de Minuit

INTROÏT *Psaume 2, 7*

Dóminus dixit ad me : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. **Ps. 2** Quare fremuérunt gentes : et pópuli meditáti sunt inánia ? **Ÿ.** Glória Patri.

Le Seigneur m'a dit : « Tu es mon Fils, aujourd'hui je t'ai engendré. » **Ps. 2** Pourquoi les nations ont-elles rugi ? Pourquoi les peuples ont-ils médité de vains projets ? **Ÿ.** Gloire...

COLLECTE

Deus, qui hanc sacratíssimam noctem veri lúminis fecísti illustratióne claréscere : da, quæsumus ; ut, cuius lucis mystéria in terra cognóvimus, eius quoque gáudiis in cælo perfruámur : Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Ô Dieu, qui avez illuminé cette nuit très sainte des splendeurs de la vraie lumière : daignez nous accorder, à nous qui avons connu ces mystères de lumière sur terre, d'en goûter aussi les joies dans le ciel. Lui qui...

ÉPÎTRE *de saint Paul à Tite 2, 11-15*

Caríssime : Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut, abnegántes impietátem et sæculária desidéria, sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc sáculo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri Iesu Christi : qui dedit semetípsum pro nobis : ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum. Hæc lóquere et exhortáre : in Christo Iesu, Dómino nostro.

Mon très cher, la grâce de Dieu notre Sauveur s'est manifestée à tous les hommes, nous enseignant à renoncer à l'impiété et aux convoitises du siècle pour vivre en ce monde avec modération, justice et piété, dans l'attente de la bienheureuse espérance et de la manifestation glorieuse de notre grand Dieu et Sauveur, le Christ Jésus, qui s'est livré lui-même pour nous, afin de nous racheter de toute iniquité, et de se préparer un peuple pur, agréable et zélé pour les bonnes œuvres. Voici ce que tu dois prêcher et recommander, dans le Christ Jésus notre Seigneur.

GRADUEL Psaume 109, 3.1

Tecum princípium in die virtútis tuæ :
in splendóribus Sanctórum, ex útero
ante lucíferum genui te. *Ÿ*. Dixit Dóminus
Dómino meo : Sede a dextris meis : donec
ponam inimícos tuos, scabéllum pedum
tuórum.

Principe avec toi au jour de ta
puissance, dans les splendeurs des
saints je t'ai engendré de mon sein avant
l'aurore. *Ÿ*. Le Seigneur a dit à mon
Seigneur : « Assieds-toi à ma droite
jusqu'à ce que je fasse de tes ennemis
l'escabeau de tes pieds. »

ALLÉLUIA Psaume 2, 7

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. Dóminus dixit ad
me : Fílius meus es tu, ego hódie
genui te. Allelúia.

Alleluia, alléluia. *Ÿ*. Le Seigneur m'a
dit : « Tu es mon Fils, aujourd'hui je
t'ai engendré. » Alléluia.

+ ÉVANGILE selon saint Luc 2, 1-14

In illo tēpore : Exiit edíctum a Cæsare Augústo, ut describerétur univérsum orbis. Hæc descriptio prima facta est a præside Sýriæ Cyríno : et ibant omnes ut profiteréntur sínguli in suam civitátem.

Ascéndit autem et Ioseph a Galilæa de civitáte Názareth, in Iudæam in civitátem David, quæ vocatur Bétlehem : eo quod esset de domo et fámilia David, ut profiterétur cum María desponsáta sibi uxóre prægnánte. Factum est autem, cum essent ibi, impléti sunt dies, ut páreret. Et péperit filium suum primogénitum, et pannis eum invólvit, et reclinávit eum in præsepío : quia non erat eis locus in diversório.

Et pastóres erant in regióne eádem vigilántes, et custodiéntes vigílias noctis super gregem suum. Et ecce, Angelus Dómini stetit iuxta illos, et cláritas Dei circumfúlsit illos, et timuérunt timóre magno. Et dixit illis Angelus : Nolíte timére : ecce enim, evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo : quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitáte David. Et hoc vobis signum : Inveniétis infántem pannis involútum, et pósitum in præsepío. Et súbito facta est cum Angelo multitúdo militiæ cæléstis, laudántium Deum et dicéntium : Glória in altíssimis Deo, et in terra pax hómínibus bonæ voluntátis.

OFFERTOIRE *Psaume 95, 11.13*

Læténtur cæli, et exsúltet terra ante faciém Dómini : quóniam venit.

SECRÈTE

En ce temps-là, l'empereur Auguste ordonna par un édit le dénombrement de toute la terre. Ce premier dénombrement fut fait sous Quirinus, préfet de Syrie ; tous allaient se faire inscrire chacun dans sa ville.

Joseph, qui était de la maison et de la famille de David, monta lui aussi de Galilée, de la ville de Nazareth, en Judée, à la ville de David, appelée Bethléem, pour se faire inscrire avec Marie, son épouse, qui était enceinte. Or il arriva, pendant qu'ils étaient en ce lieu, que les jours où elle devait enfanter furent accomplis. Et elle mit au monde son Fils premier-né, l'enveloppa de langes et le coucha dans une crèche, parce qu'il n'y avait pas de place pour eux à l'hôtellerie.

Et aux environs, il y avait des bergers, qui passaient la nuit dans les champs, veillant à la garde de leurs troupeaux. Et voici que l'ange du Seigneur se tint près d'eux, et la clarté de Dieu brilla autour d'eux ; et ils furent saisis d'une grande frayeur. L'ange leur dit : « Ne craignez point ; car voici que je vous annonce une grande joie, qui sera pour tout le peuple : il vous est né aujourd'hui, dans la ville de David, un Sauveur, qui est le Christ Seigneur. Et voici le signe auquel vous le reconnaîtrez : vous trouverez un enfant enveloppé de langes, et couché dans une crèche. »

Et soudain se joignit à l'ange une multitude d'esprits célestes, louant Dieu et disant : « Gloire à Dieu au plus haut des cieux, et sur la terre paix aux hommes de bonne volonté ! »

Que les cieux se réjouissent ; que la terre exulte devant la face du Seigneur, car il vient.

Accépta tibi sit, Dómine, quæsumus, hodiernæ festivitátis oblátio : ut, tua gratia largiénte, per hæc sacrosáncta commércia, in illius inveniámur forma, in quo tecum est nostra substántia : Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

PRÉFACE DE LA NATIVITÉ

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere : Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus :

Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit : ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur.

Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militía cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes...

COMMUNION *Psautne 109, 3*

In splendóribus Sanctórum, ex útero ante lucíferum genui te.

POSTCOMMUNION

Da nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster : ut, qui Nativitátem Dómini nostri Iesu Christi mystériis nos frequentáre gaudémus ; dignis conversatió nibus ad eius mereámur per veníre consórtium : Qui tecum.

Seigneur, nous vous en prions : que l'offrande présentée en la fête d'aujourd'hui soit agréée de vous ; en sorte que le don généreux de votre grâce nous permette, par les très saints échanges qui vont s'accomplir, d'être trouvés conformes à celui en qui notre substance vous est unie. Lui qui...

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu tout-puissant et éternel.

Car, par le mystère du Verbe incarné, un nouveau rayon de votre clarté a brillé aux yeux de notre âme ; en sorte que, connaissant Dieu sous une forme visible, nous sommes ravis par lui en l'amour des choses invisibles.

C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

Dans les splendeurs des saints, je t'ai engendré de mon sein avant l'aurore.

Nous vous en prions, Seigneur notre Dieu : accordez-nous que, célébrant avec joie et assiduité par ces mystères la Nativité de notre Seigneur Jésus-Christ, nous méritions par une vie digne d'avoir part un jour à sa gloire. Lui qui...

INTROÏT *Isaïe 9, 2.6*

Lux fulgébit hódie super nos : quia natus est nobis Dóminus : et vocábitur Admirábilis, Deus, Princeps pacis, Pater futúri sáeculi : cuius regni non erit finis. **Ps. 92** Dominus regnávít, decorem indutus est : indutus est Dominus fortitudinem, et præcínxit se. **V.** Glória Patri.

COLLECTE

Da nobis, quásumus, omnípotens Deus : ut, qui nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur ; hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente. Per eúndem.

Mémoire de sainte Anastasie.

Da, quásumus, omnípotens Deus : ut, qui beátæ Anastásiæ Mártyris tuæ sollémnia cólimus ; eius apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

ÉPÎTRE *de saint Paul à Tite*

Caríssime : Appáruit benígnitas et humánitas Salvatóris nostri Dei : non ex opéribus iustítiæ, quæ fécimur nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit per lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit in nos abúnde per Iesum Christum, Salvatorem nostrum : ut, iustificáti grátia ipsíus, herédes simus secúndum spem vitæ æternæ : in Christo Iesu, Dómino nostro.

La lumière brillera sur nous aujourd'hui, car le Seigneur nous est né et il sera appelé l'Admirable, Dieu, Prince de la paix, Père du siècle à venir, et son règne n'aura pas de fin. **Ps. 92** Le Seigneur règne et il est revêtu de beauté : il s'est revêtu de force et s'en est ceint. **V.** Gloire au Père.

I nondés par la lumière nouvelle de votre Verbe incarné, nous vous en prions, Dieu tout-puissant : accordez-nous que resplendisse dans nos œuvres ce qui brille dans nos âmes par la foi. Par le même...

Faitez, Dieu tout-puissant, que nous éprouvions les effets de la protection de la bienheureuse Anastasie, votre martyre, dont nous célébrons la solennité. Par...

Mon très cher : Dieu, notre Sauveur, a manifesté sa bonté et son amour pour les hommes : ce n'est pas à cause de nos bonnes œuvres qu'il nous a sauvés, mais selon sa miséricorde, par le baptême de régénération et de renouvellement de l'Esprit Saint, qu'il a répandu abondamment sur nous par Jésus-Christ, notre Seigneur ; afin que, justifiés par sa grâce, nous devenions héritiers de la vie éternelle, selon l'espérance que nous avons en Jésus-Christ, notre Seigneur.

GRADUEL *Psaume 117, 26.27.23*

Benedictus, qui venit in nómine Dómini : Deus Dóminus, et illúxit nobis. *Ÿ*. A Dómino factum est istud : et est mirábile in óculis nostris.

ALLÉLUIA *Psaume 92, 1*

Allélúia, allélúia. *Ÿ*. Dóminus regnávít, decórem índuit : índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allélúia.

+ ÉVANGILE *selon saint Luc 2, 15-20*

In illo témpore : Pastóres loquebántur ad ínvicem : Transeámus usque Bethlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et venérunt festinántes : et invenérunt Mariám et Ioseph. et Infántem pósitum in præsépio. Vidéntes autem cognovérunt de verbo, quod dictum erat illis de Púero hoc. Et omnes, qui audiérunt, miráti sunt : et de his, quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo. Et revérsi sunt pastóres, glorificántes et laudántes Deum in ómnibus, quæ audierant et víderant, sicut dictum est ad illos.

OFFERTOIRE *Psaume 92, 1-2*

Deus firmávit orbem terræ, qui non commovébitur : paráta sedes tua, Deus, ex tunc, a sæculo tu es.

SECRÈTE

Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur ; le Seigneur est Dieu, et sa lumière a brillé sur nous. *Ÿ*. C'est l'œuvre de Dieu et c'est admirable à nos yeux.

Allélúia, allélúia. *Ÿ*. Le Seigneur règne et s'est revêtu de beauté ; il s'est revêtu de force et s'est ceint de puissance. Allélúia.

En ce temps-là, les bergers se disaient les uns aux autres : « Allons à Bethléem et voyons ce qui est arrivé, que le Seigneur nous a fait connaître. » Ils y allèrent en hâte et trouvèrent Marie, Joseph et l'Enfant couché dans la crèche. Le voyant, ils reconnurent la vérité de ce qui leur avait été dit sur cet enfant. Et tous ceux qui les entendirent furent dans l'admiration de ce que disaient les bergers. Et Marie conservait toutes ces paroles et les méditait dans son cœur. Les bergers s'en retournèrent, glorifiant et louant Dieu de tout ce qu'ils avaient entendu et vu, ainsi qu'il leur avait été dit.

Múnera nostra, quæsumus, Dómine, Nativitátis hodiérnæ mystériis apta provéniant, et pacem nobis semper infúndant : ut, sicut homo génitus idem refúlsit et Deus, sic nobis hæc terréna substántia cónferat, quod divínus est. Per eúndem Dóminum.

Mémoire de sainte Anastasie.

Accipe, quæsumus, Dómine, múnere dignánte obláta : et, beátæ Anastásiæ Mártiris tuæ suffragántibus méritis, ad nostræ salútis auxílium proveníre concéde. Per Dóminum.

PRÉFACE DE LA NATIVITÉ

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere : Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus :

Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit : ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni militiá cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes...

COMMUNION *Zacharie 9, 9*

Exsúlta, filia Sion, lauda, filia Ierúsalem : ecce, Rex tuus venit sanctus et Salvátor mundi.

Seigneur, nous vous en prions, faites que nos offrandes s'accordent aux mystères de la Nativité qui se célèbre aujourd'hui, et nous obtiennent toujours la paix ; et de même que celui qui est né homme a brillé aussi comme Dieu, qu'ainsi cette substance terrestre nous confère ce qui est divin. Par le même...

Daignez agréer, nous vous en prions, Seigneur, les offrandes que nous vous présentons ; et par l'intercession des mérites de la bienheureuse Anastasie, votre martyre, accordez qu'elles servent à notre salut. Par...

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu tout-puissant et éternel.

Car, par le mystère du Verbe incarné, un nouveau rayon de votre clarté a brillé aux yeux de notre âme ; en sorte que, connaissant Dieu sous une forme visible, nous sommes ravis par lui en l'amour des choses invisibles.

C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

Exulte, fille de Sion ; entonne un chant de louange, ô fille de Jérusalem ; voici ton Roi qui vient à toi, le Saint et le Sauveur du monde.

POSTCOMMUNION

Huius nos, Dómine, sacraménti semper
nóvitas natális instáuret : cuius
Nátivitas singuláris humánam réppulit
vetustátem. Per eúndem Dóminum.

Mémoire de sainte Anastasie.

Satiásti, Dómine, famíliam tuam
munéribus sacris : eius, quæsumus,
semper interventióne nos réfove, cuius
sollémnia celebrámus. Per Dóminum.

Que le sacrement de celui dont la
singulière Nativité a banni notre
ancienne déchéance, Seigneur, nous
rajeunisse toujours par sa nouveauté
d'existence. Par le même...

Seigneur, vous avez rassasié votre
famille de vos dons sacrés ; ranimez-
nous toujours, nous vous en prions, par
l'intercession de celle dont nous célébrons
la solennité. Par...

Messe du Jour

INTROÏT *Isaïe 9, 6*

Puer natus est nobis, et filius datus est
nobis : cuius impérium super
húmerum eius : et vocábitur nomen eius
magni consílii Angelus. **Ps. 97** Cantáte
Dómino cánticum novum, quia mirabilia
fecit. **V.** Glória Patri.

Un enfant nous est né et un fils nous a
été donné : il porte sur son épaule le
signe de sa souveraineté, il sera appelé
l'Ange du grand conseil. **Ps. 97** Chantez
au Seigneur un cantique nouveau, car il a
fait des merveilles. **V.** Gloire au Père.

COLLECTE

Concède, quæsumus, omnípotens Deus
: ut nos Unigéniti tui nova per carnem
Nátivitas líberet ; quos sub peccáti iugo
vetústa sérvitus tenet. Per eúndem
Dóminum.

Accordez, nous vous en prions, Dieu
tout-puissant, que votre Fils unique
nous délivre par sa nouvelle naissance
selon la chair, nous que l'antique
esclavage tient sous le joug du péché. Par
le même...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Hébreux 1, 1-12*

Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis : novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et secula.

Qui cum sit splendor gloriae, et figura substantiae eius, portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis : tanto melior Angelis effectus, quanto differentius praee illis nomen hereditavit.

Cui enim dixit aliquando Angelorum : Filius meus es tu, ego hodie genui te ? Et rursum : Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium ? Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terrae, dicit : Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit : Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem : Thronus tuus, Deus, in seculum seculi : virga aequitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis praee participibus tuis. Et : Tu in principio, Domine, terram fundasti : et opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis ; et omnes ut vestimentum veterascent : et velut amictum mutabis eos, et mutabuntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

GRADUEL *Psaume 97, 2-4*

Viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri : iubilante Deo, omnis terra. *Ps.* Notum fecit Dominus salutare suum : ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam.

ALLÉLUIA

Dieu, à plusieurs reprises et de multiples façons, a parlé autrefois à nos pères par les prophètes ; dans ces derniers temps il nous a parlé par son Fils, qu'il a établi héritier de toutes choses, et par lequel il a aussi créé le monde.

Ce Fils est la splendeur de sa gloire, l'image de sa substance ; il soutient toutes choses par la puissance de sa parole ; après nous avoir purifiés de nos péchés, il s'est assis au plus haut des cieux, à la droite de la souveraine majesté ; devenu d'autant plus supérieur aux anges qu'il a hérité d'un nom plus excellent que le leur.

Auquel des anges, en effet, Dieu a-t-il jamais dit : *Tu es mon Fils, je t'ai engendré aujourd'hui ?* Ou : *Je serai pour lui un Père et il sera mon Fils ?* Et lorsqu'il envoie son premier-né sur la terre, il dit : *Que tous les anges de Dieu l'adorent.* De plus, alors qu'il dit aux anges : *Il a fait de ses anges des esprits, et des ministres une flamme de feu,* Dieu dit à son Fils : *Ton trône, ô Dieu, est éternel ; le sceptre de ta souveraineté est un sceptre de justice. Tu as aimé la justice et haï l'iniquité ; c'est pourquoi, ô Dieu, ton Dieu t'a oint entre tous tes compagnons d'une huile d'allégresse.* Et encore : *C'est toi, Seigneur, qui, au commencement, as fondé la terre ; et les cieux sont l'ouvrage de tes mains. Ils périront ; toi, tu demeures ; tous, ils vieilliront comme un vêtement ; comme un manteau tu les changeras et ils seront changés ; mais toi, tu restes le même et tes années ne s'épuiseront pas.*

Toutes les contrées de la terre ont vu le salut de notre Dieu ; que toute la terre acclame Dieu. *Ps.* Le Seigneur a fait connaître son salut ; il a manifesté sa justice à la face des nations.

Allelúia, allelúia. *V.* Dies sanctificátus illúxit nobis : veníte, gentes, et adoráte Dóminum : quia hódie descendit lux magna super terram. Allelúia.

Alleluia, allélua. *V.* Un jour saint a lui sur nous ; venez, nations, adorez le Seigneur ; car aujourd'hui une grande lumière est descendue sur la terre. Allélua.

+ ÉVANGILE *selon saint Jean 1, 1-14*

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmíne, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhiberet de lúmíne.

Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine eius : qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (**Hic genuflectitur**) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam eius, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiaë et veritátis.

Au commencement était le Verbe, et le Verbe était auprès de Dieu et le Verbe était Dieu. Il était au commencement auprès de Dieu. Toutes choses ont été faites par lui, et rien de ce qui n'a été fait, n'a été fait sans lui. En lui était la vie, et la vie était la lumière des hommes ; et la lumière luit dans les ténèbres, et les ténèbres ne l'ont point comprise.

Il y eu un homme envoyé de Dieu, appelé Jean. Il vint en témoin pour rendre témoignage à la lumière, afin que tous crussent par lui. Il n'était pas la lumière, mais il vint pour rendre témoignage à la lumière.

Celui-là était la vraie lumière qui éclaire tout homme venant en ce monde. Il était dans le monde, et le monde a été fait par lui, et le monde ne l'a pas reconnu. Il est venu chez lui et les siens ne l'ont pas reçu. Mais à tous ceux qui l'ont reçu il a donné le pouvoir de devenir enfants de Dieu, à ceux qui croient en son nom : qui ne sont point nés du sang, ni de la volonté de la chair, ni de la volonté de l'homme, mais de Dieu. (**On s'agenouille**) Et le Verbe s'est fait chair, et il a habité parmi nous, et nous avons vu sa gloire, qui est la gloire du Fils unique du Père, plein de grâce et de vérité.

OFFERTOIRE *Psaume 88, 12.15*

Tui sunt cæli et tua est terra : orbem terrarum et plenitúdinem eius tu fundásti : iustítia et iudícium præparátio sedis tuæ.

Avous sont les cieux, à vous est la terre ; vous avez créé le monde et tout ce qu'il renferme, les fondements de votre trône sont la justice et le droit.

SECRÈTE

O bláta, Dómine, múnera, nova
Unigéniti tui Nativitáte sanctífica :
nosque a peccatórum nostrórum máculis
emúnda. Per eúndem Dóminum.

PRÉFACE DE LA NATIVITÉ

Vere dignum et iustum est, æquum et
salutáre, nos tibi semper et ubique
grátias ágere : Dómine, sancte Pater,
omnípotens ætérne Deus :
Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova
mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis
infúlsit : ut dum visibíliter Deum
cognóscimus, per hunc in invisibílium
amórem rapiámur.
Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum
Thronis et Dominatió nibus, cumque omni
militia cæléstis exercitus, hymnum glóriæ
tuæ cánimus, sine fine dicétes...

COMMUNION *Psaume 97, 3*

Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei
nostri.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus :
ut natus hódie Salvátor mundi, sicut
divinæ nobis generatió nis est auctor ; ita
et immortalitátis sit ipse largítor : Qui
tecum vivit et regnat.

Sanctifiez, Seigneur, par la nouvelle
naissance de votre Fils unique, les
dons que nous vous offrons, et purifiez-
nous des souillures de nos péchés. Par le
même...

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est
notre devoir et notre salut de vous
rendre grâces toujours et partout,
Seigneur, Père saint, Dieu tout-puissant et
éternel.

Car, par le mystère du Verbe incarné, un
nouveau rayon de votre clarté a brillé aux
yeux de notre âme ; en sorte que,
connaissant Dieu sous une forme visible,
nous sommes ravis par lui en l'amour des
choses invisibles.

C'est pourquoi, avec les Anges et les
Archanges, avec les Trônes et les
Dominations, avec toute la milice de
l'armée céleste, nous chantons l'hymne de
votre gloire, disant sans cesse...

Toutes les contrées de la terre ont vu le
salut de notre Dieu.

Nous vous en prions, Dieu tout-
puissant : le Sauveur du monde, né
aujourd'hui, nous engendre à la vie divine
; que de même aussi il nous accorde
généreusement l'immortalité. Lui qui vit...